



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m]  
missa[rum] occurrentiu[m]**

**Heynlin, Johannes**

**Colonie, 1501**

**VD16 H 3452**

ij A quo tempore accipiendum sit principium diei

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34702**

# Capitulum

- Sol.** Tantū esse dicitur ut possit recipere pedē calicis et hostiā. et quod sacerdos minus super ipsum cum hostia retinendo convenienter consecrare possit.
- Dubiū vi** **Sol.** Quid si sacerdos aliquod de predictis requisitis omittat. videlicet scilicet consecret celebrando.
- Sol.** Si obseruet alia ad consecratōem necessaria consecrat. sed tamē grauitē peccat scienter omittens

¶ Capitulum quartū de dubijs occurrentibus circa tēpus cōgruum quo celebrari debet. duos habet articulos.

**Arti. i.** ¶ Resoluit quattuor dubia occurrentia circa tempus celebrandi commune. videlicet circa diem.

**I** Utrum indifferenter in nocte et in die liceat alicui missam celebrare.

**Sol.** Non licet regulariter nisi in die. hoc enim sacramentum ad tempus gratie pertinet quod per diem significatur. Unde et saluator dixit. Ne oportet operari donec dies est.

**ii** Utrum ne aliquando liceat in nocte celebrare

**Sol.** Solum in duabus noctibus licitum est. videlicet in nocte natiuitatis christi. et in nocte resurrectōnis.

**Dubiū**

**iii** Utrum ne liceat aliquando ante initium diei celebrare.

**Sol.** In tribus casibus licet. Primus casus. si necessitas postulet. ut si contingat aliquem infirmari ad mortem et non habeatur hostia consecrata potest sacerdos celebrare et consecrare. Secundus casus est. si episcopus sit in itineratione tunc potest ante diem celebrare vel facere celebrari coram se. Tercius casus est. si quis habeat dispensationem ab episcopo vel superiore ut possit celebrare ante diem. tunc tene potest aliter non est tutum. nisi aliqua rationalis et uigens necessitas superuenerit.

**iiii** Quid si quis celebret credens diem iam incepisse. sed tamē nondum incepit.

**Sol.** Quia quod parum distat nihil distare videtur. talis excusatur precipue si deuotio id postulat

**Arti. ii.**

¶ Resoluit tria dubia que se offerunt circa tempus celebrandi proprium. scilicet circa horam

**I** Qua hora diei liceat missam celebrare.

**Sol.** Missae solennes siue publice secundum canones tribus horis celebrari debent. videlicet hora tertia in diebus festiuis. hora sexta in profestis diebus. et hora nona in diebus ieiuniorum. In hoc tamen obseruanda videtur deteri consuetudo regionis vel religionis. Priuate uero missae celebrari possunt a principio diei. usque ad horam nonam. hoc est usque ad meridiem

**Dubiū**

**ii** A quo tempore sumendum sit principium diei

**Sol.** Principium diei non est accipiendum ab ascensu solis super nos

## Quintum

strum horizontem, sed debet accipi ab illa hora qua radij solares incipiunt illuminare nostrum hemispherium, quod dicitur principium aurore, et incipit fulgere vna hora et quinta parte vnius hore ante corporalem solis ortum

**¶** Quid si quis celebrando non obseruet tempus debitum.

**Sol.** Si obseruet alia ad consecrationem necessaria consecrat nihilominus. Sed tamen si ex contemptu vel scienter tempus debitum non obseruauerit mortaliter peccat faciens contra constitutionem et consuetudinem generalem ecclesie romane.

Dubium

**¶** Capitulum quintum de dubijs que incidunt circa materia exteriora que ad ornatum vel congruentiam celebrationis requiruntur, tres continet articulos

**¶** Resoluit quinque dubia que circa vestes et indumenta sacerdotalia surgere possunt

Arti. 1.

**I** **Sol.** Utrum sacerdos celebraturus specialibus debeat indui vestibus. Sic congruum enim est ut quibus sacerdos usus fuit in sua ordinatione, etiam utatur illis in celebratione. Et quia in susceptione ordinis specialibus vestibus indutus fuit, ideo et talibus vestibus debet in celebratione.

**¶** Que et quot sunt huiusmodi vestes vel indumenta

**Sol.** Simplicium sacerdotum sex sunt indumenta, scilicet amictus siue humerale, alba, cingulum, manipulus, stola, et casula

**¶** Utrum requiratur quod talia indumenta sint benedicta siue consecrata.

**Sol.** Sic debent enim esse sacrata munda et honesta, nec alijs vsibus que ecclesiasticis et deo dignis officijs deputanda.

Dubium

**¶** Utrum celebrans absque vestibus et indumentis benedictis efficiatur irregularis.

**Sol.** Non, quia non inuenitur hoc in iure positum, verum tamen scienter vel ex ignorantia crassa hoc faciens grauiter peccat.

**¶** Utrum necessario requiratur quod tales vestes vel indumenta ceteraque requisita sint munda et nitida

**Sol.** Sic, nam ut habetur in capitulo, relinquitur de custodia eucharistie clericis precipitur ut oratoria, vasa, palle, corporalia et vestimenta munda et nitida conseruentur. Quod autem precipitur imperatur, et quod imperatur necesse est fieri, si non fiat penam habet, ut habetur, iij. q. i. ca. quod precipitur. Et igitur illis qui maiores curam adhibent ut linteamina vel prophudor si fas est dicere femoralia sua sint mundiora et nitidiora, que ea super quibus locari et tractari debet sacratissimum ac mundissimum corpus iesu christi.

**¶** Resoluit quattuor dubia que circa vasa ad celebrandum oportuna occurrere possunt.

Arti. 2.

**I** **Sol.** Utrum ad celebrationem missarum requirantur aliqua vasa specialia

B iij